

Guntherus fratres. Turingus. Sygeboto de Mincuz. Uolradus et Ludewicus de Crozne. Wicnandus de Nunewiz. Hugo et Henricus de Hoikynwalde fratres. Ernestus et filii eius Ernestus et Henricus. Harwigus et Ludewicus de Predele fratres. Herbo de Cybezlaundorf et Harwigus de Muzelbuze fratres. Lampertus et Vdalricus de Mazniz fratres. 5 Uolquinus et Henricus de Sylezen fratres. Fridericus et Sygeboto de Groiz et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis domini M̄CLXVIII, indictione prima, VI. nonas octobris, anno vero ordinacionis domini Vtonis VIII; feliciter amen.

355.

Bischof Gerung von Meißen bestätigt die Stiftung des Grafen Dedo von Groitzsch, nach welcher
10 *dieser im Gau Rochlitz das Augustinerkloster (Zschillen) erbaut und dotirt habe. — Zeugen: Graf Dedo, die Markgrafen Otto und Dietrich, sowie die Grafen Friedrich und Heinrich. 1168 Nov. 13.*

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 71. Das sehr gut erhaltene S. des Bischofs ist hinten aufgedrückt. Die Urkunde ist im Kloster Zschillen geschrieben. Von Empfängerhand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. S. 11 und 33.

15 *Gedr.: Prill, Die Schloßkirche zu Wechselburg 19.*

C. :In nomine sancte et individue trinitatis. Gerungus divina favente clementia Misinensis episcopus omnibus Christi fidelibus et presentibus et futuris gratia vobis et pax adimpleatur in perpetuum. | Iustum est et rationi approximatur, officii quoque nostri debitum expostulat, ut, que bono initiari principio cernimus, ad meliorem et optimum 20 finem per dei omnipotentis misericordiam consilio et auxilio, | quantum in nobis est, perducere laboremus. Congruum etenim est nobilium quorumlibet vel potentum pios conatus laude et favore prosequi et effectui mancipare et, ne dampnabili negligentia vel aliquorum | deum non timentium violentia in irritum, que canonicè facta sunt, ducantur, scripti memoria posterorum etiam noticie commendare. Eapropter noverit omnium Christi fidelium tam 25 presentium universitas quam futurorum posteritas, qualiter comes Dedo dive memorie marchionis Cunradi filius, tanta nobilitate moribus non inferior, pro eterna sui suorumque memoria et pro peccatorum suorum indulgentia cenobium regularium canonicorum secundum regulam sancti Augustini, que sub sanctis apostolis est constituta, omnipotenti deo die noctuque devote servientium in episcopatu nostro in proprio suo videlicet pago 30 Rochelez in ripa Milde fluminis consilio nostro instituerit et provisioni dilecti fratris Ekkehardi venerabilis in Sereno Monte prepositi in spirituali religione viri per omnia probatissimi commisit. Nos quoque ipsius vocatione ecclesiam inibi in ipsis iniciis fabricatam omnipotenti deo in honorem sancte et victoriosissime crucis et beate dei genitricis et semper virginis Marię sanctique Iohannis apostoli et ewangeliste consecravimus et deci- 35 mam omnium novalium, que in omnia retro futura tempora in pago Rochelez novari poterunt, quas nemo nunc a nobis beneficii iure possidet, nullo reclamante dotavimus. Comes etiam ipse multos mansos cultos et incultos in eodem pago et silva sitos terminis undique limitatos cum pascuis et venationibus et piscationibus et omni prorsus utilitate iam dicto cenobio ipso die consecrationis delegavit. Cuius votum institutum oblationem 40 laudantes approbamus et, ne ab aliquo successorum eius hec infringi vel temerari debeant,